Ridet, vitæ ſecurè degens in ponto,
Et poſt navigationem vitalem pervenit
At Cœleſtem ſummitatem, & ſtellatam ſpeculam.

In Marinum.

Et hoc ſacri tui capitis ſanctum opus
Procle beate, omniumſimulacrum vivum quod Marinū
Deorum, mortalibus auxiliarem pijs
Pro tuo ſancto capite animos ſervans auxilium
Reliquiſti, qui vitam Deo gratam tuam prædicans
Scripſit hæc futuris monumenta tuarum virtutum.

In Platonem, Incerti.

Atticæ facundæ os optimum, non te majus
Eloquiū omnium Græcorum tota concluſit civitas.
Primus vero inq; Deum, & in cœlum oculos defigens
Divine Plato mores & vitam illuſtras.
Socratico Samium miſcens cratere Sapientiam
Pulcherrimum ſobriæ ſignum inquiſitionis.

Apophthegmata ſeptem ſapientum.

Septē ſapientū dico ad verbū civitatem, nomina, dictū.
Modum quidem Cleobulus Lindius dixit optimum,
Chilon verò ex cavâ Lacedæmone Noſce teipſum,
Qui v. Corinthum habitabat, Iram moderari Periāder,
Pittacus, Nihil nimis, qui erat genere ex Mitilene,
Finem verò intueri vitæ Solon ſanctis in Athenis,
Plures malos verò Bias dixit Prieneus,
Sponſionem fugere verò Thales Mileſius dixit.